



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

De errore catabaptistarum in negocio redituum

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

illis. Si qui fuerint qui hisce meis simplicibus & candidis abusi fuerint, deo fraudis suæ reddent rationem.

DE ERRORE CATABAPTISTARUM
in negotio reddituum.

QUUM de redditibus catabaptistæ loquuntur, prima fronte nihil tumultus præ se ferre videtur, quod si penitus introspexeris, dolum facile senties. QUUM enim simpliciter dicunt: Nullus Christianus redditus accipit, non tam durum est, quam hoc quod mox inferunt, nempe: Si nullus Christianus redditum accipit, profecto nefas ingens est accipere redditus. Iam ex hoc aliud colligitur. Nemo Christianorum unquam peccatis cooperabitur. Redditus accipere peccatum est: ergo nemo Christianorum redditus dabit. Ex quo iam consequitur Christianos redditus non debere. Vides iam quò hæc tandem uergant? nempe ad tumultus & seditiones. Sed nos istis iam dictis illa opponimus. Nullus Christianus alijs sua ui & iniuria retinet aut negat. Hoc fundamento iacto sic colligimus. Quicumq; alijs sua, ui, fraude, aut iniuria retinet aut negat, Christiani non sunt. Qui redditus aut census domino prædij aut creditori negat, uim inferunt et iniuria eum afficiunt, Christiani ergo non sunt. In summa, fideles pendunt redditus, ergo catabaptistæ sunt tumultuosi.

Sed de

Sed de iure fortasse loquuntur, nō de debito, nēpe,
 An Christianus possit aut debeat accipere redivs, &
 non an Christianus dare debeat et solvere redivs. De
 his ergo firmamenta eorum audiamus. Sic autem lo-
 quuntur. Christus Lucæ 6. sic loquitur, Mutuum date
 nihil inde sperantes. Nam si mutuū dederitis his à qui-
 bus speratis uos recepturos, quæ gratia uobis est? Nam
 & peccatores peccatoribus mutuum dant, ut recipi-
 ant paria. Quum igitur hoc præceptum sit domini,
 Christianus esse non potest, qui pecuniam suam alte-
 ri nisi conditione redivs interposita nō dat mutuum.

Præterea in Actis apostolicis legimus fideles in na-
 scenti ecclesia ita iunctos fuisse, ut omnia cōmunia ha-
 berent. Apostolorū uero et ueterū Christianorū forma
 nobis esse debet: cōsequitur ergo fidelem nō esse eum
 qui redivs accipit, cuius omnia cæteris cōmunia esse
 debēt. Et hæc firmissima sunt quibus nitūtur catabapti-
 ste, nam cætera quæ de scœnore ex scripturis citant,
 suo loco uidebimus, ut adpareat nihil esse quæ dicunt
 q̄ amarulentiam quandam & inuidam loquacitatem.

DE VERBO CHRISTI, MUTVVM
 date nihil inde sperantes.

Quandoquidem Christianos hoc dicto me-
 tiuntur, cogimur paulò diligentius genuis